

**www.e-rara.ch**

## **Christofori Longolii epistolarum libri IIII**

**Longolius, Christophorus**

**Basilae, 1558**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-147682>

Christophori Longolii Elogium

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CHRISTOPHORI LONGOLII  
Elogium. ex Iosio.

**C**hristophorus Longolius Machliniæ Belgicæ sacerdote Antistite genitus, & Lutetiæ in scholis frugaliter educatus, partis disciplinarum omnium per amplis opibus, aureo Leonis principatu Romam uenit, adeo dissimulata ingenij professione, ut rubro pileo, & astricta penula semi Germani militis habitum mentiretur, quippe cui mens erat auide peregrinanti prisca felicitatis monumenta spectare, scrutari ingenia, Bibliothecas excutere, atque illud demum eruditæ censura iudicium, quod frustra alibi, quam sub Romano coelo queritur, certius atque liquidius adipisci. Sed intranti gymnasium, & acutè disputanti, non insulsi literarum professores, celeriter, & comiter personam detraxerunt, ita, ut mox honestissimi ciues Romani, Flaminius Tomarotius, & Marius Castellanus alterna hospitij liberalitate intra penates receptum, triennio aluerint, eique uirtutis merito Romanæ ciuitatis ius, & nomen impetrarint. Verum aliquanto post, emerfit liber execrabilis maledicentiæ ueneno delibutus, quem iuuenili declamatione perscripserat, Romani nominis antiquum decus barbaro liuore proscindens. Infremuit populus Romanus ea contumelia perturbatus, Celso Mellino adolescente clarissimo, generosa oratione in Capitolio, tanquam reum Maiestatis accusante. Sed Longolius totius aule clementia premunitus, duabus orationibus publicatis, sese eo nomine defendens, iudicium populi subterfugit: quod nequaquam malignitate animi,

sed more Sophistarū, exercitationis studio, materie dif-  
ficilis ac insolentis, ideoq; damnatæ spei argumentum  
desumpisset, scilicet ut sodales eius temere suscepti mu-  
neris uel infelicem audaciam mirarentur. Transiuit inde  
Patauium, his præsertim actionibus claritatem consecu-  
tus: adhæsîtq; Petro Bembo, et mox Reginaldo Polo Bri-  
tanno, in quorum hodie sacra purpura summam pieta-  
tem, atq; doctrinam ueneramur. In eius contubernio,  
quum ingentibus uigilijs libros aduersus Lutherum di-  
sertè, & grauitè inchoatos elaboraret, editis  
iam ad imitationem Ciceronis Epistolis,  
febre consumptus est.

CHRISTO

CH  
RI  
ex ma  
oper

Pata  
P.

CHR  
BEL  
TEM  
STVD  
STAN  
INGE  
STRIA  
BVS  
VENT  
TINCT  
ITALI  
GENTI  
NIS E  
BEM